

DE CONIUN. ET OPPOSIT. VERIS LUMINAR. XVII

Ingrederet tabulam mensium, & in cuiuscunq; mensis diebus coniunctionem habere desideras, penes eundem tolle singula ibi scripta, tam sub tempore quam sub motu, quæ adde radici modo dudum exposito. A diebus autem sic conflatis, subtrahe dies Solis apud eundem mensum positos, uel apud præcedentem, quando subtractione perfici non posset, hoc tamen casu talis coniunctio proueniret in diebus mensis præcedentis computandis ab eius capite. Eodem modo facies cum oppositione, si quam habere uolueris in diebus præsuppositi mensis, Intra denuo tabulam tui mensis, & quod iuxta inueneris adde oppositioni primæ, & de collecto subtrahe dies Solis, qui sunt dies anni, Et quando hoc modo inquiris coniunctionem aut oppositionem in anno bisextili, & intres cum mense ulteriore quam cum Februario, tunc semper abijce dies Solis de congregatis, cum additione unius diei ad dies Solis propter bisextum interpositum, & auferatur aggregatum solarium dierum à diebus lunaribus, ut dictum est usq; ad finem anni.

De Embolismali autem coniunctione hoc scias, quòd ubi in usualibus diebus mensis alicuius duæ accidunt coniunctiones, una scilicet circa principium mensis, & alia circa finem, tunc prima embolismalis erit & sequens mensis succedentis. Volunt tamen nonnulli coniunctionem semper esse mensis illius, in cuius diebus usualibus finitur. Vnde uersus: Illius est mensis cui dat Lunatio finem &c. Finaliter autem addantur omnia extracta de tabulis coniunctionum, singula tamen generibus ac locis proprijs, ut assolet, & congregantur, tempus coniunctionis mediæ, uel mediæ oppositionis luminarium, atq; medius motus eorundem: Similiter argumentum Lunæ medium, & argumentum latitudinis Lunæ, quæ serua ad partem in debitis locis ac differentijs. An uero tali coniunctione uel oppositione alterum luminare passurum sit eclipsim uel non, hoc modo cognoscas, aspice argumentum latitudinis Lunæ. Quod si fuerit 0 in signis uel 6, & minus 12 in gradibus uel 5, aut 11 in signis, & plus 18 in gra, alterum luminare posse eclipsari recte pronuntiabis, utpote Solem in coniunctione, Lunam autem in oppositione. Sed pro inductione clariore subscripto utamur exemplo. Placet pro anno supraposito, scilicet 1502 corrente inuestigare primam coniunctionem, primamq; oppositionem medias occurrentes in diebus Ianuarij. Primo ob id intro tabulam radicum coniunctionum cum annis,

Añi col.	d. h. m. se.	Motus lumi. sig. gra. m. se.	Argu. D sig. gra. m. se.	Argu. lati. D sig. gra. mi. sec.
1489.	1 19 2 46	9 21 0 46	9 28 38 28	0 3 15 17 que ad
exp 13	7 21 28 8	11 7 4 31	5 20 41 33	7 17 16 43 dita.
<hr/>				
9 16 30 53 8 28 5 17 3 19 20 1 7 20 32 0				

Cum autem ab hoc tempore dies 31 subtrahi non possunt, primam rigam apud Februarium, scilicet ascribe, ut sic,

29 12 44 3 | 0 29 6 24 | 0 25 49 1 | 1 0 40 14

Tum quoq; singulis singula addantur, stabunt.

39 5 14 56 de quo 31 dies abijcio, restant.

Tempus med. ♂ 8. 5. 14 56 | 9. 27 11 41 | 4 15 9 2 | 8 21 12 14.

Radix aliarum coniunctionum hoc anno contingentium, & Februario adiudicanda. Simili modo prima oppositio media eiusdem anni, de tabulis annorum collectorum atq; expansorum, & de prima riga mensium in tempore motuq; extracta sic ponitur.

d. ho.